



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt nullus in Ecclesia conuiuetur. lxxxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



De eadem re. Cap. CXXVIII.

*Ex concil. Aureliã. cap. 10.* **A**uditum est aliquos presbyteros Missam celebrare & non communicare, quod omnino in canonibus apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodo hoc cere rectè potest si non cõmunicauerit, Sumpsimus domine sacramenta &c.

De eadem re. Cap. LXXIX.

*Ex eodẽ. cap. 11.* **S**i quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione non communicauerit, aut causam dicat: & si rationabilis fuerit, veniam consequatur, aut si non dixerit, cõmuniõne priuetur, tanquam qui populo causa læsionis extiterit.

*Ut in Ecclesia nihil aliud agatur nisi id ad quod facta est. Cap. LXXX.*

*Ex dictis August.* **I**n oratorio præter orandi & psallendi Deo cultum pernitius nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent.

De eadem re. Cap. LXXXI.

*Ex dictis Benedic. 8.* **O**ratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur aut condatur, quàm diuinis ministris conueniat.

De eadem re. Cap. LXXXII.

*Ex cõcil. Laodicẽ. cap. 28.* **Q**uod non oporteat in domiciliis diuinis, id est, in Ecclesiis agapen fieri, nec intra domum Dei comedere, vel accubitus sternere.

*Ut nullus in Ecclesia conuiuetur. Cap. LXXXIII.*

*Ex concil. Cartha. cap. 28.* **V**t nulli episcopi vel clerici in Ecclesia conuiuentur, nisi fortè transeuntes hospicij necessitate illic reciantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuuiis, quantum fieri potest, prohibeantur.

*Ut nullus in Ecclesia tabernaculum constituat. Caput LXXXIII.*

*Ex concil. Turonẽ. cap. 2.* **P**erlatum est ad sanctam synodum, quod quidam presbyteri in Ecclesiis sibi commissis tabernaculum, quod nec